E V R I P I D I S

P O E T A E T R A G I C I

A L C E S T I S,

Georgio Buchanano Scoto
Interprete.

L V T E T I A E,

Ex officina Michaëlis Vaſcoſani, uia Iacobæa,
ad inſigne Fontis .

M. D. LVI.

E X P R I V I L E G I O R E G I S.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

P R I V I L E G I V M.

C A V T V M *eſt auctoritate* R*egia,ne quis alius præter* V*aſcoſanum , hanc* E*uripidis* T*ragœdiam* G*eorgio* B*uchanano* S*coto interprete,ante decennium in hoc* F*rācię* R*egno imprimat,néue alibi impreſſam uēdat , ſub pœna in ſanctione æstimata, ac librorum amißione.* L*utetiæ* P*ariſiorum,* V I I. I*dus* F*eb .* M. D. L I I I.

E*x mandato* H E N R I C I. I I. F*rancorum* R*egis*,D. R*enato* B*aillet,libellorum ſupplicum in* R*egia magiſtro,præſente .*

M*ahieu.*

I*mpreſſum* L*utetiæ*, *menſe* D*ecembri*,M. D. L V I.

<A.i.*v*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM
D . Margaritam Henrici ſecundi Frācorum
Regis ſororem , in Alceſtin
Præfatio.

ALceſtin Euripidis ante aliquot annos à me Latinam factam,ad te potiſſimū,Margarita principum optima, cenſui mittendam.Nec id ea modò cauſa feci , qua cæteri ferè ſolent , qui hoc tēpore in ſcribēdo aliquid aut poſſunt,aut audent:ut uidelicet hac prærogatiua freti, aliorū iudicia minus reformident , & authoritate nominis tui aduerſus calumniātium malignitatem ſe tueātur:ſed quòd huius fabulæ lectionem tibi multis de cauſis non ingratam fore ſperabam . Eſt enim orationis genere leni,& æquabili, & quod Euripidis proprium eſt,ſuaui: parricidij uerò & uenefici,& reliquorū,quibus alię Tragœdię plenæ ſunt, ſcelerum ,nulla prorſus hîc mentio,nullum omninò ueſtigium.Contrà uerò coniugalis amoris,pietatis,humanitatis,& aliorum officiorum adeò plena ſunt omnia, ut non uerear hanc fabulam comparare cum libris eorum philoſophorum , qui ex profeſſo uirtutis præcepta tradiderunt : ac neſcio an etiam præferre debeam . Actio enim rerum ſermone & ſpiritu penè animata,acrius quàm nuda præcepta ſenſus impellit , & facilius in ani-

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

mos influit & illabitur : atque ubi illapſum fuerit, 25
firmius hæret , & quaſi radices agit . Quòd ſi quis
minus ad te pertinere credat iſta , quòd eò iam in
omni uirtutis genere ſis progreſſa,ut non ſis alienis
exemplis confirmanda , ſed alios tuo exemplo ad
uirtutem prouoces, fallitur uehementer meo qui- 30
dem iudicio: præcepta enim officiorum , & rerum
præclarè geſtarum memoria,aliis fortaſſis utiliora
erunt,qui ea legunt,ut uelut ad normam ſuos mo-
res eò dirigant:illis certè iucundiſſima eſſe debent,
qui iam perfuncti diſcendi , & imitandi labori- 35
bus, ſub aliena perſona ſuas laudes citra omnem
adulationis ſuſpicionem legunt . habet enim hæc
fabula,quantum ego quidem iudicare poſſum,ea-
rum uirtutum,quas in te nō minus libenter agno-
ſcimus,quàm in Alceſtide legentes miramur,adeò 40
expreſſam imaginem,ut quoties eam in manus ſu-
mas,toties tuarum tibi uirtutum in mentem ue-
niat neceſſe eſt. eam cū laudari audies , de tuis mo-
ribus iudicium fieri exiſtimes . Eam igitur ad te
ut dixi, mittimus. Quòd ſi audiacius, à me factum 45
uideatur , eam tu potiſſimum culpā præſtes opor-
tet:quæ me tua auctoritate ad ſcribendum impu-
liſti,& in arenam productum omni fauoris gene-
re proſequeris,& foues. Vale.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

ALCESTIDIS ARGVMENTVM.

CVM iam moriturus eſſet Admetus, Apollo à Parcis impetrauit ei , ut quantum uixiſſet,alterum tantum uiueret , ſi alium daret , qui pro ſe moreretur . Parens autem uterque cùm hanc pro filio moriendi conditionem recuſaſſet , Alceſtis uxor ſe obtulit. Paucos uerò poſt dies cùm ea incidiſſet calamitas,Hercules aduenit. Is edoctus ab uno miniſtrorum,quæ Alceſtidi cōtigerant , ad ſepulchrum profectus,Mortē abegit: mulierem ueſte obnubit:atque Admetum orat,ut eam à ſe acceptam ſeruet.A ffirmabat enim ſibi, cū lucta uiciſſet,eam præmio datam . Id cùm abnueret Admetus , detectam ei,quam lugebat,oſtendit uxorem.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

P E R S O N A E T R A G OE D I AE.

Apollo.	Seruus.
Thanatos.	Admetus.
Chorus.	Eumelius.
Semichorion.	Hercules.
Ancilla Alceſt.	Pheres.
Alceſtis.	

<A.iii.*v*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

E V R I P I D I S
P O E T A E T R A G I C I
A L C E S T I S,

Georgio Buchanano Scoto
interprete .

A P O L L O.

O Tecta chara regis Admeti, in quibus
Conuictor eſſe pertuli ſeruis Deus.
Huc me coegit, filium Aeſculapium
F lammis triſulcis cùm peremit Iupiter.
E go impotenti ſæuus ira fulminis 5
F abros Cyclopas perimo:pœnas ut darem ,
M ortalis eſſe me uiri ſeruum pater
V oluit. Profectus igitur huc,pecus hoſpitis
P aui,domúmque præſtiti incolumem hactenus:
V t ſancta ſancto quæ Pheretis filio 10
P areret .Ipſum liberaui è faucibus
L eti imminentis præoccupans Parcas dolo.
N anque annuerunt mihi Deæ, ut ſubducerem
A dmetum ab Orco,& funus in præſentia
A liud loco eius Manibus ſupponerem: 15
C úmque ambiiſſet ille amicos, omnium
E xpertus animos,patris,ac matris ſenis

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Q uę peperit ipſum ,nemo præter coniugem
I nuentus unam eſt,ſponte quæ prior mori
V oluit,nec alma luce poſtea frui . 20
E a baiulatur nunc manus inter domi
F rigente ſenſim corpore:hæc etenim dies
D ecreta fato eſt,morte uitam ut exuat.
S ed funus hic ne polluat me,deſero
C haros penates.Mortuorum ſed prope 25
T hanatos ſacerdos aduenit,ſub tartara
R apturus illam.Tempori uerò huc adeſt,
H unc præſtitutum mortis obſeruans diem.
Th. H a,ha,ha,ha.
Q uid tibi tandem hic Phœbe negotij ? 30
Q uid oberras hæc limina propter ?
I terum iniurius es Diis ſtygiis ,
Q uorum aboles ac tollis honores .
N on ſat erat tibi, morti Admeti
I nieciſſe moram arte doloſa 35
C ircunuentis Parcis?Iterum
A rcitenentem cur modo dextram
A rmatus ades Peliæ obſeruans
N atam,quæ pro coniuge charo eſt
P ollicita mori ? 40
Ap. B ono animo es,æquum,iúſque,faſque poſcimus.
Th. Q uorſum igitur arcu,iuſta ſi petis,eſt opus ?
Ap. H æc arma ſemper ferre conſuetum eſt mihi.
Th. O pémque ferre præter æquum his ædibus?
Ap. H ominis amici mihi dolori eſt calamitas. 45
Th. E tiam hoc ſecundo fraudor abs te funere?

Ap.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ap. A tqui nec illud abſtuli inuito tibi .
Th. C ur uiuit ergo,nec apud inferos agit ?
Ap. S ponſae redemptus morte,quam tu nunc petis.
Th. E t quam ſilentes mortuam ad manes agam. 50
Ap. P erge,aufer:etenim neſcio an perſuaſero.
Th. M i?Munus ipſum cuius eſt occidere.
Ap. M inimè,morantes morte ſed tollere ſenes.
Th. Q uò uerba ſpectent,& uoluntas tua,ſcio.
Ap. A lceſtidi ergo non licet ſenio frui. 55
Th. N on licet.Honores,Phœbe,nos etiam iuuant.
Ap. N il præter animam poteris unam tollere.
Th. E x morte iuuenum maius accedet decus .
Ap. A t uetula moriens ditius tumulabitur.
Th. L ex hæc rem habentes,Phœbe,ſolos reſpicit . 60
Ap. Q uid ? tu Sophiſtes inſciis nobis eras .
Th. R es ampla quibus eſt, redimerent mortis moras.
Ap. N on ergo uiſum eſt tibi facere gratum hîc mihi?
Th. M inimè.Ipſe morum non meorum ignarus es.
Ap. Q uos nec deorum,nec hominum ullus diligit . 65
Th. H aud cuncta poteris præter æquum conſequi.
Ap. A t reprimetur iſta ſæua immanitas
Q uamlibet acerba:talis accedet domum
P heretis hoſpes imperante Euryſtheo
T hrace ab niuoſa quadriiugos abducere. 70
A cceptus hoſpes ille in Admeti domum
V i tollet iſtam fœminam tibi,neque
H anc à me inibus gratiam:& cùm ingratiis
E adem peregeris,odio eſſe haud deſines .
Th. V t multa dicas,nil tamen profeceris. 75

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

H æc mulier Orci pallidam uiſet domum.
P roperóque ad ipſam,ut enſe delibem comam .
D amnatus ille Manibus deis erit,
C uicunque ferrum hoc uerticem libauerit.
Chor. Q uæ pro foribus taciturna quies ? 80
C ur conticuit domus Admeti?
Sem. N ullus adeſt qui narret amicus .
A n lugenda eſt filia Peliæ
A lceſtis ceu mortua,an aura
F ruitur ſupera,quæ optima longè 85
M ihiḱque,& cunctis fœmina uiſa eſt
I n coniugem fuiſſe ?
Sem. A udít ne quiſquam lacrimarum, aut plāctuum
S onum per ædes,flentium aut ſuſpiria?
Sem. M inimè. ſed neque famulûm quiſquam 90
A d ueſtibulum eſt. Vtinam ô Paean ,
A uxiliator in hac clade adſis,
A tque ſalutifer aſpiciare.
Sem. N ec tacita domus defuncta eſſet
D omina:nec clam condita tumulo eſt. 95
Sem. V nde?haud uideo quid te recreet.
Sem. T ámne probam clam populo Admetus
C oniugem humaſſet funere uili?
Sem. N ec ante portas conſpicor
F ontanæ aquæ lauachra,ceu 100
A d mortuorum ianuas
A ſſueuit:haud propter fores
A bſciſſa coma eſt,poſita in luctu
Q uæ funereo cæditur,uſquam

Neque

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

N eque uirgineum perſtrepit agmen. 105
Sem. A tqui hæc fuerat præſcripta dies,
Q ua tenebroſum uiſeret orcum .
Sem. Q uorſum hæc memoras ?
Sem. P upugiſti cor,pupugiſti animum .
Chor. C ùm bonos Parcæ rapiunt ſeueræ, 110
Q ui bonus uixit teneris ab annis,
I ure eos luget. Neque enim Chimeræ
A rua ſi remis adeas,uel aeſtu
S emper arentes Garamantum arenas ,
T empláque Ammonis miſeræ,prece umbras 115
F aucibus tetri rapies ab orci .
M ors gradu triſtis properat citato :
N ec focos uxta uideo Deorum,
Q uem ſacerdotum precibus fatigem .
S i modò argutis oculis decorus 120
F ilius Phœbi hac frueretur aura,
I lla deſertis Stygiis tenebris ,
N octis & portis Acheronte ab ipſo
V iua rediret .
N anque defunctos reuocabat orco, 125
A ntequam telo trifido timendus
I upiter ſæuos iaculatus ignes ,
P erculit illum.
N ulla ſpes uitæ reliqua eſt.peregit
C uncta Rex:omnes pecudum cruentis 130
S tragibus Diuûm cumulantur aræ.
N ec mali eſt uſquam fuga certa certi .
S ed uda lachrymis quæpiam egreditur domo

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A ncilla.Miſerum me, quid afferet noui?
V eniam meretur luctus hic,ſi quicquam heris 135
A ccidit acerbum.Scire at illud geſtio ,
V ita fruatur mulier,an iam perierit.
Anc. V iuam uocare,& mortuam pariter licet .
Ch. Q uî poterit idem uiuus eſſe et mortuus ?
Anc. V ix ducit ægra ſpiritum ad thalami fores. 140
Ch. V xore quali qualis orbabere miſer ?
Anc. I am coniuge orbus dominus iſtud ſentiet.
Ch. N ec ſpes ſalutis ulla reſtat amplius.
Anc. F ati prementis inſtat illi terminus.
Ch. E rgo apparantur iuſta ritè funeri? 145
Anc. M undus paratus eſt,quem humo condat ſimul .
Ch. P ręſtante ſeſe coniuge orbatum ſciat,
S ub orbe cæli nulla qua melior fuit.
Anc. Q uidni?quis aliter ſentiat?quî fœmina
P otuiſſet ulla facere glorioſius, 150
S uúmque amorem prodere manifeſtius
E rga maritum,quàm ſuam ſi impenderit
V itam illi ? At iſta cuncta nouit ciuitas.
A t obſtupeſces,ſi modo audies,domi
Q uæ perpetrarit.Deſtinatum cùm diem 155
A deſſe ſenſit,lauta uiuo flumine
C orpus decorum cedrino ex armario
E ffert amictum:compta deinde ſplendidè
M undo ſuperbo conſtitit domeſticam
V eſtam ante,tales ora ſoluens in preces : 160
O Dea,ego triſtes abeo ad umbrarum domos .
T ibi aᵈuoluta te precor nouiſſimùm

Orbos

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

O rbos tuere liberos: huic coniugem
C haram,maritum filiæ da ſplendidum .
N ec,uelut acerbo rapta mater funere eſt , 165
P ræcipitet illos parca præcox:ſed ſua in
P atria beati tranſigant,ac ſuauiter
I ucunda uitæ ſpatia. Cunctas Regiæ
A cceſſit aras,ſupplicauit,ſingulas
F eſta corona myrteæ cinxit comæ: 170
N ec ora fletu cor madida,nec ſuſpirio
I ndice doloris,uis nec inſtantis mali
V ultus decori priſtinum carpſit decus.
A t coniungalem ut attigit thalamum,ac torum
L acrimis profuſis ſoluit ora talibus: 175
O lecte,ubi mihi morte quem redimo mea
S oluit pudorem uirginalem uir,uale.
N ec te quidem odi,me tametſi extinxeris.
N am dum recuſo coniugem,& te prodere ,
M orior.At alia te tenebit fœmina 180
N on caſtior,fortaſſe fortunatior.
T um deuoluta exoſculatur lectulum,
T otúmque inundat lacrimarum flumine.
V bi tandem abundè fletuum profuderat,
R euoluta ſtrato ex ædibus ſe proripit . 185
A c ſæpè thalamo egreſſa rediit denuo ,
S upráque lectum denuò incubuit.Peplos
F lebant tenentes liberi:illa amplexibus
M odò hunc,modò illam comprimebat,ſcilicet
M oritura iamiam:flebili tota domo 190
F amuli tumultu fata lugebant heræ .

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A t illa dextram ſingulis dedit,neque
Q uiſquam inter omnes adeò contemptus fuit,
Q uem affata non ſit mutuis ſermonibus .
A tque iſta turbant nunc domum Admeti mala, 195
Q uæ morte poterat fugere:mortem dum fugit,
N unc ſempiternum ſibi dolorem accerſiit.
Ch. H is ingemiſcit igitur Admetus malis ,
Q uem fata nupta diuidunt ab optima?
Anc. L uget profectò,coniugem charam tenens 200
V lnis,rogánſque morte ne ſe deſerat:
A bſurda poſcens,quæque fieri non queant .
T abeſcit illa,& languidum manus onus
P roiecta inertis debilem etſi ſpiritum
V ix feſſa ducat,intueri ſolem auet , 205
A lmæque lucis ultimo aſpectu frui,
V iſura nunquam ſplendidum poſthac iubar .
S ed abeo,téque adeſſe nunciauero.
N ec ſemper omnes Regibus ciues fauent,
N ec rebus adſunt turbidis alacriter : 210
A t tu uetuſtus amicus es meis heris.
Ch. O Dii,quæ fuga ſupereſt cladis ?
Q uæ fuga ſortis,quæ imminet aulæ ?
E xít ne aliquis?lacerémne comam?
P ulló ne tegam corpus amictu? 215
Anc. C erta res eſt,certa,amici :
S ed precemur numina.
N am poteſtas eſt Deorum ,
V ísque longè maxima.
O Apollo ſancte,cladis 220

Exitum

<B.iii.*v*>

CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

E xitum huius inueni .
A ffer,affer remedium nunc,
V t prius commentus es.
N unc ades ſalutifer:
P elle fatum lugubre. 225
D itis implacabilis
P ectus atrox mitiga.
Ch. H eu, heu.uae,uae.
O nate,nate Pheretis:Admete ô miſer,
Q ua clade premeris orbus iſta coniuge? 230
P ateris ferro rem fugiendam,
E t grauiori clade piandam,
Q uàm ſi laquei de trabe celſa
T ereti nectas uincula collo.
N on enim charam modò,at 235
C oniugem chariſſimam
H ac morientem luce uidebis.
S ed iam maritus ipſe progreditur domo.
P heræa tellus ingemiſce,illachryma.
O ptima longè fœmina morbo 240
C ontabeſcens Ditis ad umbras
S ub caua rapitur uiſcera terræ .
N unquam thalamos plus lætitiæ,
Q uàm triſtitiæ ferre fatebor :
P artim id ueteris caſibus æui 245
D octus,partim hac clade recenti
R egis,quem longe optima coniunx
M orte relinquens, non ſinet unquam
D ehinc uitalem uiuere uitam.

<B.iv.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Alc. O ſol,lúxque diurna, 250
C œleſtéſque rotatæ
C eleri turbine nubes.
Ad. M e,téque miſeros aſpicit duos,tua
N il promerentes morte dignum cælitus .
Alc. O tellus,ô atria,thalami 255
O geniales patriæ Iolci .
Ad. S uſtolle teipſam ô miſera,neu me deferas,
S ed flecte precibus omnium dominos Deos .
Alc. B iſcalmam uideo,uideo ratem :
A tque umbrarum portitor hærens 260
C onto accerſit me properè Charon .
A ge feſtina.quæ cauſa moræ?
P ræſto cætera cuncta:moraris
N os ſola,gradu celeri propera.
Ad. H eu,nauigationem acerbam iſtam mihi 265
M emoras,malorum quanta nos moles premit.
Alc. E ripit,eripit quidam tibi me
(N ónne uides)ad tecta ſilentum.
F ronte ſubnigra lumina Pluto in-
tentat celer huc.Quid facis?aufer. 270
Q uod miſerabilis iter inſiſto?
Ad. A cerbum amicis,ac mihi,atque liberis,
Q ueis luctus hic eſt proprius,miſerrimum.
Alc. I am dimittite,dimittite me.
G enua labant. iam deponite me. 275
O culos denſæ condunt tenebræ.
P ueri,ô pueri,iam uestra parens
N ulla eſt,nulla eſt iam ueſtra parens .

Valete

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

V alete nati,& lumen almum cernite.
Ad. H ei mihi:triſtis uox ferit aures, 280
A c morte mihi durior omni.
N e me deſere , ne per ſuperos
Tolera . nam te lumine caſſa
V iuere acerbum eſt. pendet ab una
T e mea mors , ac uita,ita nobis 285
T ui amor penitus fixus inhæret.
Alc. A dmete, cernis quo in loco res ſint meæ.
Q uæ ſentit animus, ante mortem proloqui
V olo.Salutem prætuli meæ tuam.
P er fata lucem cùm liceret cernere , 290
M orior,fuiſſet cùm integrum haud pro te mori:
S ed mihi maritum,quem luberet Theſſalum
E ligere, ſedes & beatas regio
I ncolere luxu : abs reuulſa uiuere
R enui orphanis cum liberis.uitae meæ 295
M inimè peperci,ætate quanuis integra:
Cùm,qui genuerat te pater,quæque peperit
T e prodidiſſet mater, auras linquere,
Q uibus decorū iam per ætatem foret,
E t glorioſa morte uitam filio 300
S uo redimere, quippe quibus unicus eras,
N ec ſpem relictam procreandi liberos
T e functo haberent.Viueremus tu, ac ego.
N ec tu doleres ſolitudinem tori
V idui, nec orbos educares liberos. 305
S ed hæc Deorum quando quiſpiam gradu
H oc ire uoluit,ſic eant. at gratiam

C <i.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

H anc tu referto,quam peto,haud meritis parem :
(Nam par rependi pretium animæ nullū poteſt)
S ed quam ipſe iuſtam dixeris,cùm diligas 310
A equè, atque ego iſtos , ſi ſapis,pueros,meæ
D omini face iſti ſint domus: nec liberis
I nduc nouercam fœminam minus probam
P arente,natis quæ manum impingat meis,
T uíſque,liuor triſtis ubi ſtimulos ciet. 315
V tique caue iſtud faxis oro. prioribus
I nimica natis cùm nouerca inducitur,
N ihilo cruenta uipera eſt clementior.
I n patre magnum filius præſidium habet,
S ermone cum quo mutuo poſsit frui. 320
T u nata uerò quomodo educaberis
I n uirginali ætate honestè? quam tuo
N uptam parenti ſors dabit,quæ nec nota
T e fœdet ulla,nec tuas ipſo in aditu
F lorentis æui nuptias contaminet? 325
N eque elocabit mater unquam te,neque in
D olore partus aſſidens ſolabitur,
V bi nil parentis charitate eſt ſuauius.
M ori neceſſe eſt me:timori nec malum
C ras iſtud,aut in tertium eſt menſis diem. 330
I amiam inter umbras luce caſſas cenſeor.
V alete,læti uiuite.at tu uir potes
T e gloriari coniugem nactum optimam,
E t uos, parentis optimæ uos filios.
Chor. B ono animo es:huius polliceri hoc nomine 335
E go nil uerebor,mente ni prorſus caret.

Ad

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ad. N e metue,fient iſta,fient. Nam mea
V iua ut fuiſti ſola ,ſola mortua
D icêre coniux : nec tuo ulla me loco
S uum uocabit ſponſa Theſſalis uirum: 340
Q uamuis ſuperbos generis enumeret auos,
F ormæ decore quamlibet pręfulgeat.
S at liberorum eſt, liceat iſtis modò frui
D eos precamur,quando te frui haud licet .
N ec finietur luctus hic ſpatio annuo: 345
S ed omne in aeuum, quod ſupererit dehinc mihi,
L ugebo. Matrem,que peperit,odio,ac patrem
H abebo,amici quando uerbo , non re erant.
Tibi ego ſalutem debeo, quæ pro mea
A nima dediſti, quod homini eſt chariſſimum. 350
N on iure,tali quando priuor coniuge,
D ura inter æuum tranſigam ſuſpiria?
N ec cœtus , aut æqualium conuiuia
P òſt me iuuabunt : nec coronæ floreæ,
C antús ue dulces:noſtra nec citharam manus 355
Dehinc tanget unquam,nec Libyſſæ ad tibiæ
S onos canoros animus oblectabitur.
N am cuncta uitæ tu abſtuliſti gaudia.
Q uin & periti dextera artificis, tua
I n lecto imago ficta collocabitur . 360
A mplectar illam manibus, illi procidens
T uum uocabo nomen, ulnis coniugem
C haram tenere non tenens fingam tamen.
E ſt ea uoluptas frigida: at moleſtiam
A nimi leuabit.umbra me per ſomnia 365

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

V tinam reuerſa oblectet .Etiam lurida
S ub nocte amicos ſuaue uultus cernere ,
Quocunque ſeſe in tempore offerent.Mihi
S i lingua adeſſet Orphei, & blandum melos
F uruæ canendo pectus ut Proſerpinæ, 370
D uri uel Orci flecterem , ac reducerem
T e,promptus irem:centiceps nec me canis,
N ec qui ſilentes portitor manes uehit,
P rohiberet,almum uiua per me denuò
D onec uideres lumen.Illic mortua 375
N unc præſtolare,donec illuc mortuum
M e fata mittent,ac domum ambobus para,
V nà ut habitemus.Nam ſepulcro corpora
V no imperabo collocari,& conſeri
L ateri latus te propter extenſum meum: 380
N ec ipſa mors me poterit abs te auellere,
Q uæ ſola nobis uſque fida inuenta ſis.
Chor. M œrore digna eſt.Itaque luctus particeps
H uius ero, amicum uelut amico conuenit.
Alc. I pſi hæc loquentem filij audiſtis patrem. 385
N ullam deinceps ſpondet aliam coniugem
S ibi fore, nec me luce caſſam negliget.
Ad. N unc aſſeuero id,atque perfectum dabo.
Alc. C ape pignus horum de mea pueros manu.
Ad. A ccipio charum pignus è chara manu. 390
Alc. H is tu puellis mater eſto meo loco.
Ad. T e morte rapta cogit id neceſſitas.
Alc. I ntereo, nati, par fuit cùm uiuere.
Ad. Quænam futura eſt uita mihi ſuperſtiti?

Alc-

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Alc. T e mitigabit temporis longinquitas. 395
Qui periit autem,in poſterum iam fit nihil.
Ad. D uc,duc me ad orcum per Deos tecum ſimul.
Alc. I n morte noſtra ſat ſupérque cladis eſt.
Ad. S ors ſæua,quali uiduor abs te coniuge?
Alc. A t at tenebræ iamiam oboriuntur oculis. 400
Ad. P erii profectò,ſi modò abs te deſeror.
Alc. N il me putaris iam,uelut nuſquam forem .
Ad. A ttolle uultus,liberos neu deſeras.
Alc. N on sponte certè,ſed ualete , liberi.
Ad. O culos ad illos tolle,tolle,& aſpice. 405
Alc. S um nulla poſthac.Ad.Quid agis?ita me deſeris?
Ad. V aleto.Ad.Miſeris heu pereo miſer modis.
Ch. P eriit,nec uſquam eſt uxor Admeti amplius.
Eum. H ei mihi miſero,periit mater.
O pater, adiit manes:neque iam 410
D ulci fruitur lumine ſolis.
Me deſeruit,me orbum infelix.
L anguidulos cerne oculos,rigidas
C erne manus. ô genetrix audi,
A udi genetrix,ego te appello: 415
T ua procliuis ad oſcula pullus.
Ad. N il audientem,nil uidentum affare.ego,
V ósque ambo,ſæua clade perculſi ſumus.
Eum. P uer,ô genitor,matre orbatus,
S olus deſeror. ô me miſeris 420
P reſſum ærumnis,téque ſororem,
Q uam premit eadem ſors. ô genitor,
I nfrugiferos, infrugiferos

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

T halamos nactus es : haud tetigiſti
H ac cum coniuge clauſtra ſenectæ. 425
P rius erepta eſt.te pereunte
G enetrix pariter domus euerſa eſt.
Chor. A dmete,clades has neceſſe eſt perpeti:
N ec primus es,nec ultimus mortalium
V xore uiduatus proba. Atque id cogita 430
N os uniuerſos eſſe morti obnoxios.
Ad. S cio. nec iſta me repentè perculit
AE rumna : pridem præſcius malo premor.
S ed efferendæ funus huic parabitur.
A deſte , & alternante planctu lugubri 435
D ate iusta. Diti dicite implacabili
P æana . Sceptris Theſſalum quiſquis meis
P aret,mulieris huius ergo publicè
L ugere iubeo raſili tonſos coma,
P ullóque amictu. Quadriiugóſque iungite 440
C urrus: ſuperbam ſonipedum è collo iubam
T ondete ferro:tibiæ nuſquam ſonus
S trepat per urbem,uel ſuauiloquæ lyræ
B is luna ſenos donec orbes impleat.
N am neque cadauer hoc ſepeliam charius 445
V llum,nec in me paribus officiis, neque
H onoribus eam proſequi dignis queam,
Q uæ me redemit ſola morte uicaria.
Chor. O Peliæ mihi nata,uale,
Q uæ Orci habitas ſine ſole domos . 450
A t ſciat arbiter hoc Stygius
Nigricomans Deus,atque ſenex

Por-

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

P ortitor exanimem populum
Q ui uehit,& ſubigit reſidens
P uppe ratem celerem, mulier 455
O ptima longè Acherontis aquas,
O ptima fœmina tranſuehitur
R ate biſcalma.
P ieridum tu carmen alumnis
D ecantabere diu:montigena 460
T e teſtudine ſeptem neruis
Reſonante canent,ac ſine cithara
M emores repetent carmine laudes,
C um redeuntis circulus anni
M enſem Spartæ Carneium iterat , 465
L unáque pernox uere benigno
P leno pernitet orbe decora.
I nq́ue beatis diuitis agri
D ecantabere ſemper Athenis.
T ales mors tua ſufficit hymnos 470
V atibus.ô reuocare liceret
S i te ſuperas rurſus ad auras
E tenebroſis ſedibus Orci,
E Cocyti fluctibus, alno
E fluminea, quæ uehit umbras. 475
T u fœminei gloria ſexus
S ola reperta es,coniugis Orco
Q uæ mutata anima animam eriperes.
T erra leuis ſibi ſit ſuper oſſa.
Q uòd ſi taedis uir tuus aliis 480
C aptus erit,mihi iure inuiſus,

<C.iv.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

N atíſque tuis deget,quando
N ec tua mater,nec qui genuit
T e ſenior pater,abdere uellent
P ro nato ſua corpora terra, 485
N ec ſeruarint, etſi ſeris
C andida ſparſi tempora canis.
A t tu primo in flore iuuentæ
I uuenis redimens fata mariti
D eſeris auras.ô mihi talem 490
V itæ ſociam Dij date ſponſam,
Q uæ iucundum tranſigat æuum
M ecum:at uitæ cognita paucis
E ſt mortalibus iſta uoluptas.
Her C iues Pheræam qui colitis urbem,an domi eſt 495
A dmetus?Chor.Intus eſt Pheretis filius.
A t quæ te ad urbem cauſa adegit Theſſalam,
H oſpes Pheræas aduenires ut domos ?
Her. O beo laborem Euryſtheo Tirynthio .
Ch. Q uò tendis?error quis uagabundum trahit? 500
Her. D iomedis ut Thracis quadrigas huc agam.
Ch. Q uî poteris?hoſpes an uetus forſan tibi eſt ?
Her. M inimè. nec unquam Biſtonum attigi ſolum.
Ch. P otiare ut illis, ferro oportet cernere .
Her. S ed nec labores refugere,ut uelim,licet. 505
Ch. C æſo redibis Rege,uel cæſus cades.
Her. D iſcrimen iſtud non adeo nunc primitus.
Ch. Q uid promouebis,dominum ubi deuiceris ?
Her. C aptos tyranno tradam equos Tirynthio .
Ch. F rękare captos alter haud facilis labor . 510

Her.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Her. A n fortè flammas euomunt è naribus ?
Ch. A uidis uirorum membra laniant dentibus .
Her. M emoras ferarum,non equorum pabulum.
Ch. P ræſaepe tabo ſordidum intuebere.
Her. Q uo patre iactat educator ſe editum? 515
Ch. M arte,& opulentam frænat armis Thraciam.
Her. F atis laborem debitum agnoſco meis ,
P er aſpra ſemper quæ petunt ſublimia.
C um Marte natis optimum fuerat manum
N on contuliſſe,primitus Lycaone, 520
A c deinde Cygno.Tertius porrò hic mihi
C um domino,equiſque exhauriendus eſt labor.
M ortalium ſed nullus intuebitur
H oſtis pauentem dexteram Alcmena ſatum .
Ch. A tqui ipſe dominus huius Admetus ſoli 525
H uc tecta linquens dirigit rectà gradum.
Ad. I oue nate ſalue,Perſei clarum genus.
Her. A dmete ſalue,rector inclyte Theſſalûm.
Ad. V tinam.Beneuolum te mihi certò ſcio .
Her. T onſura uerò quid ſibi hæc uult lugubris? 530
Ad. H odie cadauer efferendum eſt hinc mihi.
Her. A uertat iſtud fors malum à natis tuis.
Ad. V iuunt creati liberi de me domi.
Her. M aturus annis fortè genitor occidit?
Ad. E t ille ſuperat,atque mater,Hercules. 535
Her. A n igitur uxor periit Alceſtis tua?
Ad. D e uxore nobis ſermo ſeſe offert duplex.
Her. F ató ne functam dicis?an ſuperat adhuc ?
Ad. O biit , nec obiit:méque luctu conficit .

D <i.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Herc. P erplexus es iuxta atque pridem intelligo. 540
Ad. F atí ne noſti quæ premat neceſſitas ?
Her. P ollicita mortem nempe pro te occumbere.
Ad. S i pepigit iſtud,quomodo hanc uiuam putas?
Her. L ugendo clades interim ne præueni.
Ad. C ui mors propinqua eſt,iam periſſe illum puto. 545
Q ui periit autem,iure nuſquam dixeris.
Her. N on eſſe,& eſſe diſcrepant longiſſimè .
Ad. S ic tibi uidetur,Hercules:aliter mihi.
Her. Q uid ergo luges?quiſnam amicorum occidit ?
Ad. M ulier.Mulieris mentio facta eſt modò. 550
Her. A liena uobis,an propinqua ſanguine?
Ad. A liena quanuis iuncta neceſſitudine .
Her. Q uinam ergo uitam finiit domi tuæ?
Ad. H ic educata eſt orba patre mortuo.
Her. V tinam dolore comperiſſem liberum . 555
Ad. E xpecto quorſum tendat iſta oratio .
Her. A lterius hoſpes hoſpitis domum petam.
Ad. B ona uerba.facinus iſtud auertat Deus.
Her. I ngrata lugenti hoſpitis præſentia eſt.
Ad. I ngredere tu ædes,mortui ſint mortui. 560
Her. H oſpiti epulari turpe funeſta in domo.
Ad. D ucam ſeorſum te hoſpitum ad cœnacula.
Her. S ine abire,inibis gratiam à me maximam .
Ad. M inimè.Nec alios hoſpes accedes lares.
H eus tu,præito,reclude poſticum ædium. 565
I ube atrienſes apparare largiter
H oſpitibus epulas.Limen autem claudite,
Q uod medium ab aula ſeparat cœnacula.

Non

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

N on eſt decorum,luctus ut conuiuio
O bſtrepat,& aures hoſpitum offendat dolor. 570
Ch. A dmete,quid agis?tanta cùm te calamitas
P remat,recipies hoſpites?ita deſipis?
Ad. A tqui domo illum ſi expuliſſem,& mœnibus
H oſpitii egentem,an id probares ? neutiquam .
M inus hoſpitalis,non minus miſer forem. 575
A d calamitates illud etiam accederet ,
V t hoſpitum hoſtis mea uocaretur domus.
N unc hoſpitem illum habebo rurſus optimum,
S iticuloſum quando ad Argos uenero.
Ch. Cur ergo,amicus ſiquidem is eſt,uti tu ais, 580
H unc eſſe paſſus neſcium ærumnæ es tuæ?
Ad. S iquidem ille noſtrum ſciſſet infortunium ,
N unquam ſubiſſet atrium domus meæ.
A t facere ſtultè me ille forſan rebitur,
N ec hæc probabit.Mea ſed aula haud hoſpites 585
H uc uentitantes ſcit repellere turpiter.
Ch. O uiri hoſpita liberi
S emper atria,quæ incola
S e dignatus Apollo
E ſt Phœbus citharæ ſciens. 590
N ec Deum puduit domus
H uius lanigeros greges
C uruis paſcere uallibus:
E t per prata uirentia
P aſtoralia carmina 595
B landa pangere fiſtula .
Q uin & uerſicolorum

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

L yncum turba ſuauibus
E mollita modis,gregi
I unxit intrepido latus . 600
A rmentúmque leonum
V enit fuluicomantum
E x Othry nemoroſo.
A d tuæ ſtrepitum lyræ
A pplauſit maculoſus 605
P ictorum hinnuleum chorus ,
P ernici pede deſerens
A bietum alticomum nemus,
D octo carmine concitus.
E rgo tu pecoris domum 610
F ertiliſſimam colis
L impidum propter lacum
B æbiæ,arui & iugera:
E t patentibus ſoli
T erminos conuallibus , 615
Q ua iubar ſolis cadens
N ube currus induit,
A d moloſſos pertinet:
E t freta Aegei maris ,
A eſtuoſa & littora 620
C elſum ad uſque Pelion.
N unc apertis ædibus
H umidis fletu genis
H oſpitem recipit tamen,
C oniugis modò mortuæ 625
F lens adhuc funus recens.

Nam

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

N am pudori pronus eſt
C andor ingenuus,neque
V lla pars ſapientiæ
A beſt,cùm probitas adeſt. 630
E t mentem bona ſpes habet,
S ucceſſura homini pio
O mnia rectè.
Ad. C iues Pheræi qui hîc adeſtis ſedulò,
F amuli cadauer ritè compoſitum ad rogum 635
S ublimè portant,ac ſepulchri ad aggerem.
A t uos ſupremam prodeuntem iam uiam
D e more defunctam ultimùm alloquamini.
Ch. A tqui ſenili cerno genitorem gradu
H uc ſe ferentem,coniugi & mundum tuæ 640
P ortare famulos Manibus donaria .
Pher. M œroris adſum particeps,fili,tui.
P roba & pudica ſanè es orbus coniuge .
S ed iſta quamuis dura perpeſſu,tamen
F eras neceſſe eſt.Accipe hunc mundum , ac humi 645
V nà reconde.Honore corpus proſequi
I llius æquum eſt,quæ prior pro te mori
S uſtinuit:ac ne ſobolis orbus degerem
T riſtem ſenectam,& luctuoſam te ſine
P erfecit una:cæterîſque fœminis 650
T am illuſtre facinus auſa peperit gloriam .
O ſoſpitatrix filij ,quæ mortuos
N os ſuſcitaſti,iam uale.Ac Manes tibi
P lacidos,bonóſque ſub Acheronte imo precor.
T ales hominibus utiles tedas reor , 655

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A ut uincla nunquam noſſe coniugalia .
Ad. N ec has rogatu noſtro ad inferias ades.
P ręſens amicûm nec mihi in numero es,neq[ue]
H unc induetur illa mundum,aut indiga
R erum tuarum ſepelietur.Tum æquius 660
D olere fuerat,fata cùm me tollerent .
A n qui ſtetiſti tum eminus, quíque alteram
S enex puellam ſiueris pro te mori ,
I llachrymabis funeri huic?Nec mihi pater
V erus fuiſti,nec peperit ea me parens, 665
F alſò parentem quæ meam ſe dictitat :
S ed ſtirpe ſeruili editum in lucem tua
M e admouit uxor uberi furtim ſuo.
E t tu quis eſſes prodidit periculum.
N am nec patrem te exiſtimo uerè meum : 670
A ut ſi es,pauore nemo te mortalium
S uperat inerti,qui ſupremo in limine
V itæ, ſenecta languidus,nec uolueris ,
N ec fueris auſus emori pro filio.
S ed has mulierem hanc exteram in ſe ſumere 675
P artes tuliſtis:quam genetricem,& patrem
S olam uocare iure poſſum æquiſſimo.
A t te facinoris tam decori gloria
I ngens manebat,filium ſuperſtitem
S i morte genitor liberauiſſes tua: 680
C ùm poſſet aeui reliquus haud longus tibi
R eſtare curſus.Quod ſupererat temporis,
M ecum iſta uiuo uiua conſeneſceret ,
T edis nec orbus macerarer luctibus.

At

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A t tu beata uita quicquid parturit 685
F ructus,tuliſti:ſceptra qui florentibus
T enueris annis,méque regni filium
H æredem habueris,orbus ut ne liberis
V acuam alienis diſſipandam linqueres
D omum.Nec illud dixeris, te à filio 690
P rodi,ſenectam quòd tuam contempſerit ,
V t qui reueritus ſemper unus maximè
T e ſim.Rependis gratiam hanc contrà mihi
C um matre genitor. ſed nec alios liberos
D ehinc gignere potes,qui ſenectutem tuam 695
A lant,& ornent.Neq; enim humabere hac manu.
E tenim quod ad te pertinet,ſum mortuus
I amdudum. At alium ſi ſalutis uindicem
S um nactus,atque intueor eius munere
H oc lumen almum,me illius natum puto, 700
V icéſque ſenij huic educandi debeo.
V anè profectò poſtulant ſenes mori,
E t de ſenecta longiore expoſtulant.
Si mor propinquet, nemo iam cupit mori,
N emo ſenectam queritur amplius grauem. 705
Cho. A bſque his malorum iam ſat eſt . Quieſcite.
N ec tu paternam nate bilem exaſpera.
Pher. O nate,probris quem laceſſis arrogans?
V enaliúm ne de grege,aut Lydum,aut Phryga,
A n Theſſalum me Theſſalo neſcis patre, 710
P lanéque ſtirpe generis ingenui ſatum?
N imis inſolenter contumelioſus es:
E t uerba iuuenis in patrem petulantia

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

I actas.At iſthic haud procax gratis eris.
D ominus familiæ te edidi ut fores meæ : 715
D einde educaui, non prior ut extinguerer .
N ec hanc habemus traditam à maioribus
L egem,ut parentes morte ſeruent liberos.
N ec Graius hic mos.Siue felix,ſeu miſer,
T ibi natus uni es. Cuncta ego officia patris 720
T ibi cumulatè præſtiti:latè imperas
P opulis,& agri fuſa latè iugera,
Q uæ mihi reliquit genitor,hæc linquam tibi .
Q ua fraudo te in re? quámue facio iniuriam?
N e morere pro alio, nec ego prote.Cernere 725
T ibi dulce lucem eſt,dulce patri itidem puta.
N am reputo mecum,quot manendum ſecula
S it inter umbras,quàm breuibus anguſtiis
S int clauſa uitæ ſpatia, ſed blandula tamen.
A t tu recuſas impudenter emori, 730
V ltráque fato destinatum terminum
V xore cæſa uiuis:ac redarguis
D ein me pauoris,fœmina,timidiſſime,
I nferior ipſe, quæ tuam iuuenis uicem
F ormoſe functa periit.Atenim callidè 735
R ationem iniſti,qua perennè uiueres,
S i ut quamque nactus coniugem ſis,ne mori
P ro te recuſet,perſuadere poteris.
D einde ipſe timidus impetis conuitiis,
Q ui facere renuant hæc,amicos.heus tace. 740
T ecúmque reputa,uita ceu dulcis tibi eſt,
D ulcem eſſe cunctis.Si ingeras opprobria

Haud

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

H aud falſa rurſum,& plura forſan audies.
Chor. I am fit malorum ſuperiorum acceſſio.
S enex,omitte exaſperare filium. 745
Ad. C eu me locuto cuncta prome . ueritas
S i audita te urit, abſtinendum iniuria.
Pher. P ro te fuiſſet grauius erratum mori.
Ad. N il ergo refert iuuenis obeat,an ſenex?
Phe. V na anima oportet,non duabus uiuere. 750
Ad. Q uin uiue ,ſecla donec anteeas Iouis.
Phe. S ic immerentes hem parentes deuoues.
Ad. T e nempe uitæ longioris amor tenet.
Phe. A t pro te, opinor, hoc cadauer efferunt.
Ad. Q uod te pauoris arguit timidiſſime. 755
Phe. P ro me periſſe hanc haud opinor dixeris.
Ad. V tinam aliquando tibi opus opera ſit mea.
Phe. S æpè eſto coniux,efferas ut plurimas.
Ad. T ibi hoc pudendum,qui recuſaris mori.
Phe. S uaue lumen hoc,ſuaue cernere. 760
Ad. I gnauus animi es,nec uiri quicquam tenes.
Phe. N on funus effers lætus, ac ridens ſenis.
Ad. V tcunque moriere,moriere inglorius.
Phe. A udire malè poſt fata non curæ eſt mihi.
Ad. O he, ſenectus plena ut impudentiæ eſt. 765
Phe. H aud impudens hæc,illa ſed ſtolida fuit.
Ad. A bi,atque humare me cadauer hoc ſine.
Phe. A beo. ipſe humabis,quippe qui ipſe occideris.
A t tu propinquis coniugis pœnas dabis.
P oſthac Acaſtum nemo cenſebit uirum, 770
G ermanæ inultam ſi ferat tacitus necem.

E <i.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ad. N unc apage túque,& uxor orbi liberum
V iuente nato:digni ut eſtis, carpite
M iſeram ſenectam,nec eadem mecum domus
V os capiet.Ite.Patrium præconio 775
S iquidem liceret tibi larem interdicere,
N ihil moratus hunc tibi interdicerem.
A t nos,ferendum quippe præſens eſt malum,
E amus ignem mortuæ ſupponere.
Chor. F ortibus ô miſerabilis auſis, 780
O generoſa, atque optima longè
S alue. Sit tibi bonus, ac placidus
A tlantiades,Plutoque facilis
T e ſuſcipiat.Si qua bonorum
I llinc præmia ,cum Perſephone 785
V itæ fructus carpe bene actæ.
Ser. P leroſque memini plurimarum gentium,
D omóque,& epulis hic ab Admeto hoſpites
O lim receptos:hoſpite iſto at nequior
S e in hos penates nullus unquam contulit. 790
F uneſta primùm tecta non exhorruit
I ntrare,luctu ſqualidum cernens herum.
D ein fortuitos apparatus inſolens
N on conſulebat clade perſpecta boni.
S i quid deeſſet immodeſtè clamitans 795
I d flagitabat.Cymbium & manibus capax
T ollens meraco ingurgitat ſe ſanguine
N igræ parentis , uſque dum affuſa undique
C alfecit artus flamma uino exæſtuans.
Deinde impeditus fronde myrthea comam 800

Agreſte

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A greſte latrat: diſſonos licet ſonos
A udire pariter.Ille ſecurus animi
I n clade noſtra cantitat. Nos autem heram
L achrymis profuſis flemus optimam.haud tamē
S pectante,fletu commadeſcimus hoſpite, 805
Q uando ita uoluntas fert herilis.interim
E go peregrinum hunc excipio dapibus domi
F urem ſceleſtum,& impium ſicarium.
E ffertur illa,funeri nec prodij
C omes, manú ue nuda planxi pectora, 810
D ominám ue luxu,quæ parens fuerat mihi,
S eruíſque cunctis,quæ mariti mollibus
F rangebat iras uocibus,mille & malis
N os eruebat.Itaque iure hunc odero,
Q ui tecta ſubiit in calamitate hoſpitem. 815

Her. Heus tu,ſeuerum cur tuere,ac tetricum?
H aud eſſe toruo erga hoſpites uultu decet
S eruum,ſed animo excipere læto comiter.
T u domino amicum ſuſcipis ſupercili
S eueritate triſti,& ore turbido, 820
I ntentus animum cladis in luctum exteræ.
A ccede proprius huc,uti ſapientior
R eddare. Noſti lege qua mortalia
N atura genuit ? haud opinor.unde enim
I d noſſe poſſes ſeruus ? at de me accipe. 825
M ori neceſſe eſt omnibus mortalibus.
N ec ullus hominum nouit, an ſit craſtinæ
V iſurus ortum lucis.etenim lubrica
F ortuna cæcas temperat rerum uices,

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Q uæ nec doceri,aut arte comprendi queant. 830
Hæc doctus ex me , genium age exhilara.Bibe.
Q uodcunque uitæ ſinguli afferunt dies,
I d crede noſtrum,ſortis eſſe cætera.
P ræterea hominibus cælitum ſuauiſſimam
Longè Dionem cole:benigna etenim dea eſt. 835
H æc alia omitte,& mihi monenti obtempera:
S iquidem uidentur uera,quæ tibi conſulo.
A tque adeò opinor,exolutus his malis,
C omámque uinctus flore nobiſcum bibes
I ſtius inanis liber ægritudinis. 840
N ec dubito,quin ſi proluat ſemel cyphus
I nuerſus hic te,ex uultuoſo & tetrico
E ffinget alium. Quando mortales ſumus,
E x uſu opinor ſapere nos mortalia.
N am tetricorum & triſtium ærumna potius 845
Q uàm uita,uita me putanda eſt iudice.
Ser. Hæc ſcimus.Atqui familiæ pręſens ſtatus
N ihil habet aptum riſui,& conuiuiis.
Her. M ulieris obitum ne exteræ ſupra modum
D efle, familiæ quando ſalui ſunt heri. 850
Ser. S alui?fugit te quanta clades nos premit.
Her. N iſi fortè dominus me fefellerit tuus.
Ser. N imis ille,nimis eſt hoſpitalis omnibus.
Her. Minimè:nec ad cum funus externum attinet.
Ser. N imis hoc profectò familiare funus eſt. 855
Her. F ors me malorum quippiam cælauerit.
Ser. P erge eſſe lætus,nos heri tangant mala.
Her. H ic ſermo luctus exteræ haud exordium eſt.

Ser.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ser. N ec tibi epulanti mœſtitudinem afferam.
Her. I niuriam tuli haud ferendam ab hoſpite. 860
Ser. A lieno adiſti hanc hoſpes aulam imtempore.
N am lutuoſa cuncta cernis,raſile
C aput,& amictū lugubrem.Herc. Num liberûm
D eceſsit aliquis,an grauis ſenio pater?
Ser. E xtincta coniux hoſpes Admeti occidit. 865
Her. Q uid ais? deinde me recepit hoſpitem?
Ser. S uis pudebat te repellere ab ædibus.
Her. O quali es orbus,ô miſerrime,coniuge.
Ser. Q uæ clade eadem pariter omnes perdidit.
Her. Q uin ſentiebam id uda cernens lumina, 870
T riſtémque uultum,raſilémque uerticem.
T amen exterum illi funus eſſe credidi:
A c ui coactus hanc ſubiui ianuam:
A tque in ſtatu iſto turbido rerum bibi,
E t hoſpitalis hominis aſſedi in domo 875
C onuiua demens flore uinctus tempora.
S ed culpa,qui non indicaueris,tua eſt,
A erumna tanta cùm familiæ incumberet:
S ed ubinam humatur?qua profectus reperiam?
Ser. L ariſſæ ad alta nobilis qua mœnia 880
R ectà itur, urbis ante portam protinus
T umulum uidebis artifice factum manu.
Her. O anime , córque exercitum moleſtiis,
O ſtende qualem Electryonis filia
A lcmena ſobolem procrearit te Ioui. 885
S ubtrahere fato fœminam extinctam eſt opus,
S uóſque rurſus ad penates ducere

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

A lceſtin,Admeto ut rependam gratiam.
I bo, & nigrantis ſqualido ferrugine
S tolæ tyranno Manium inſidias dabo. 890
A tque íllum opinor deprehendam ad aggerem
T umuli bibentem uictimarum ſanguinem.
Q uòd ſi è latebris clanculum inruens eum
P rendam, & lacertis ſtrinxero circundatis,
V tcunque latera uerſet,eripiet mihi 895
H unc nemo,donec coniugem Admeti auferam.
S in aucupantem hæc præda me fefellerit,
N ec ad cruoris adſit hauſtus,inferum
R eges adibo,& regna ſolis neſcia,
P oſcámque,necnon impetraturum reor, 900
A lceſtin,ut eam coniugi tradam in manum ,
Q ui me recepit hoſpitem,nec reppulit
Q uanuis acerbo ſauciatus uulnere,
A nimo ſed alto id me reueritus abdidit.
Q uis Theſſalûm eſt in hoſpites benignior, 905
G raíum ue?certè ſordido non dixerit,
G eneroſus animi cùm ſit, beneficium datum.
Ad. Heu mœſtum aditum, triſtem aſpectum
V idui tecti. Quò feror?ubi ſum?
Q uid loquar?aut quid taceam? 910
Q ui peream?ô me miſero fato
G enitum.functos morte beatos
Duco.his gratulor.hos amo.cum illis
D egere dehinc libet. haud libet auras
C ernere ſuperas. haud iuuat almæ 915
D ehinc ueſtigia figere terræ.

Ob-

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

O bſide tali deſpoliatum
M ors me ſæuo pignerat Orco.
Chor. S ubi,ſubi tenebras
T ecti:ſubi.tuliſti 920
D igna lachrymis : tuliſti
C alamitatem lugubrem.
C onditos nil lachrymæ
C oniugis manes iuuant.
Ad. H oc,hoc uerbo uulnera renouas. 925
Q uæ magis homini eſt aſpra calamitas,
Q uàm ſpoliari coniuge fida?
V tinam tedæ, thalamíque exors
S ocia haud ulli tecta habitaſſem
L ectos uacuos coniuge,& orbam 930
S obolis uitum duco beatam.
V nam in uitam impendere curas
E ſt moderati ſarcina luctus:
A t languentia pignora morbo,&
D eformati funere thalami 935
I ntolerandi eſt cumulus luctus:
P ræſertim,cùm coniugis orbam &
S obolis liceat ducere uitam.
Chor. S ors,ſors ineluctabilis
P remit,nec ullus lachrymis 940
M odus eſt.Acerba fers,tamen
P erfer . etenim nec coniuge
T u primus orbus es.alios
M ortalium alia calumitas
D olore ſæuo conficit. 945

<E.iv.*r*>

CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ad. L ongi ô luctus,ô amicorum
D eſideria luce carentum.
C ur uetuiſti me præcipitem
T riſte ſepulchri mittere in antrum,
E t cum coniuge fida pariter 950
T umuli unius mole recondi?
A ccepiſſet geminas pro una
A nimas Pluto,tránſque fretaſſent
D uo fidiſſima pectora pariter
S tygias undas. 955

Chor. M ihi uir quidam ſanguine iunctus
P uerum amiſit lachrymis dignum,
S olam generis ſpem, moderatè
T amen ærumnam hanc pertulit, etſi
O rbus ſobolis uertice cano, 960
E t præcipiti languidus æuo.

Ad. O mutati facies tecti.
Q uînam ingrediar,quînam habitabo
V erſis fatis?hei mihi quantum
D iſtat ab illa domus hæc,olim 965
Q uam Peliacæ lumine tedæ,
E t feſtis ululatam hymenæis
I ngrediebar dexteræ inhærens
Charæ coniugis,ac multiſono
C onuiuarum ſtrepitu à tergo, 970
Q ui beatos dicerent
M eque,& illam mortuam.
Q uippe utroſque nobiles,
E t utrinque ex optimis

Chor.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

E ditos maioribus 975
C oniugali uinculo
C opulatos . At modò
N uptialis carminis
L uctus occupant locum:
P róque candidis peplis 980
P ulla ueſtis ad toros
M e reducit cœlibes.
Ch. M ali inexperto tibi fortunæ
D olor hic curſum rupit amicæ:
A t ſeruaſti uitam animámque: 985
M ortua coniux liquit amantem :
Q uæ noua mentem turbat imago ?
M ultos coniuge mors orbauit,
S oluens ſocij fœdera lecti.
Ad. E tſi aliter aliis uiſum, amici,coniugis 990
F eliciorem duco,quàm ſortem meam:
E repta nanque plurimis moleſtiis ,
C um laude ſumma triſte nil dehinc ſentiet .
A t ego, periſſe quem fuerat æquum,meo
F ato ſuperſtes uitam agam illætabilem: 995
Q uod adeò iamnunc ſentio.Nam quî domum
S ubire potero hanc ? quem alloquar ? cuius fruar
S ermone?mentem quo domi oblectem? gradum
Q uò uertam?ubique ſolitudo in ædibus
M œrore mentem conficit,cùm coniugis 1000
V acuum cubile cerno,cùm uacuam throni
S edem relictam,& ſqualidum ſitu ſolum .
C ircáque genua procidentes liberi

F <i.*r*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

D eflent,parentem lachrymantes. ſerui hera
S eſe queruntur deſtitutos optima. 1005
A tque is domi rerum eſt ſtatus mihi.At foris
Me Theſſalorum nuptiæ,me fœminis
C œtus frequentes enecabunt,different
D olore miſerum uxoris æquales meæ:
Q uas quo intuebor ore?Tum ſi quis malè 1010
A nimatus in me eſt,ſoluet ora talibus:
E n quem cupido fœda uitæ detinet,
M etúſque mortis,qui redemit coniugis
S e morte ab Orco ignauus : ac uir poſtea
S ibi uidetur.Tum parentes proprios 1015
I nfenſus odit,ipſe non auſus mori.
H ic rumor inter improbos me differet .
E cquem ergo uita mihi uoluptatem feret ,
Q uem fama lacerat,& calamitas obruit ?
Ch. E go ignota profano 1020
P er compendia uulgo
M uſarum comes iui :
E t ſermonibus aurem
D octis applicui meam
N on rarò.At remedij genus 1025
N ondum ullum reperi, cui
C edat dura neceſſitas.
H anc contra medicamina
D octi nec dedit Orphei
T hreſſis in tabulis manus : 1030
N ec cum Aſclepiadis pa[t]er
P hœbus pharmaca p[r]oderet,

Vt

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

V t mortalibus ægris
M orbo membra leuarent ,
H anc aduerſus opem tulit. 1035
S olas huius ad aras
N on eſt ire Deæ,neque
A d ſimulachra,nec ulla
E ſt placabilis hoſtia.
O diua,ô,uiolentior 1040
A d me ne ſolito ueni.
N am tu conſiliis comes
Q uicquid Iuppiter annuit,
C ertum ducis ad exitum:
T u dextra facili domas 1045
D uri robora ferri.
N ec faſtum tibi mentis
I nfrænem cohibet pudor .
E t dextræ infragili ſuæ
V inclo te implicuit Dea . 1050
P erfer.Nam neque fato
F unctos æthereas trahes
F lendo rurſus ad auras.
M ors etiam notha pignora
D iuum falce metit ſua, 1055
D um nobiſcum erat omnibus
C hara,& mortua chara erit.
T u lecti tibi comparem
S upra omnes generoſam es
S ortitus.Neque coniugis 1060
B uſtum ullus numeret tuæ

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

I nter funereas ſpecus ,
A ggere quæ tumuli premunt
V ita functa cadauera.
D iuinis ſed honoribus 1065
A equet religio hoſpitum
M anes.Atque aliquis uia
F lectens dixerit olim:
H æc moriendo uiri ſui
V itam ſponte redemit. 1070
N ūc auget numerum Deûm.
S alue ô ſancta.ope ſoſpita
N os præſens.Ita uotis
I llam,atque ominibus bonis
L ongum poſteritas colet . 1075
S ed uiſa fallunt me,niſi Alcmena ſatus
A dmete ad ædes dirigi greſſum tuas.
Her. A dmete amicos liberè eloqui decet,
N ec in receſſu pectoris ſilentio
A bdere,quod ægre eſt.amici haberes me ut loco, 1080
D ignus uidebar, clade cùm in tua afforem :
A t tu propinquo coniugis iam funere
N on indicato me recepiſti hoſpitem,
C eu cura premeret te doloris exteri.
A t ego coronis tempora euictus deis 1085
L ibaui apud te in lugubri lætus domo.
I raſcor equidem,iraſcor hac iniuria
A ffectus abs te,ſed tuis iam luctibus
A cerbitatis nolo quicquam apponere.
C auſámque,cur huc ſum reuerſus , denuò 1090
Narrabo.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

N arrabo.mulierem interim hanc ſerua mihi,
D um Rege cæſo Biſtonum huc redux agam
T hraces quadriiugos.Sin quod abſit accidat,
(Nam me ut reducant ſoſpitem precor Deos)
H anc dono,dicóque familiæ ancillam tuæ, 1095
Q uæ parta nobis eſt labore maximo.
P ropoſita nanque publico in certamine
S udore digna deprehendi præmia,
V nde hanc reporto uictor.è certamine
L euiore munus erant equi uictoribus. 1100
M aiora ſed qui uicerant,ut cæſtibus,
L uctáue fortes dona referebant boum
Armenta.poſthæc ultimo fœmina loco.
C úmque incidiſſem fortè,turpe ſum ratus
C um laude pariter præmium cōtemnere. 1105
S ed ut antè dixi,fœminam curæ tuæ
C ommendo,quam non prædo per uim ſuſtuli,
S ed comparatam maximis laboribus
A dduco.fors factum ipſe pòſt laudaueris.
Ad. Q uòd clam te habuerim calamitatem coniugis, 1110
N e interpretere cōtumeliæ, Hercules,
I d ergo factum,aut quòd ſiniſtrè ſentiam
D e te.Dolori ſed dolorem adieceras ,
A lterius ædes ſi subiſſes hoſpitis.
N am flere clades ſat mihi fuerat meas. 1115
S ed hanc puellam,ſi pote ,obſecro iube
A ſſeruet alius Theſſalûm,quem non pari
S ors calamitate perculit.Multi hoſpites
T ibi ſunt Pheræi.Memoriam cladis meæ

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

R enouare omitte.non potero ſiccis domi 1120
O culis tueri hanc.uulneri uulnus nouum
N e appone:ſatis eſt cladium,quod nunc premit.
Q ua parte poterit ædium ſeruarier
C aſtè puella?uestis adoleſcentulam,
C ultuſque loquitur.an uirûm in commercio? 1125
Q uî poterit inter aſſiduo iuuenes agens
C aſtam tueri ſe?nec in promptu Hercules
R e gere iuuentam eſt; ac mihi cura eſt tui.
F unctæ'ne fato coniugis thalamo hanc alam?
E t quî in cubili collocabo hanc illius? 1130
O ffenſionem hic metuo duplicem,& ciuium
N e criminetur quiſpiam me,& optimè
De me merentis proditorem coniugis
D icat puellæ alterius amplexu frui.
S ponſámque uereor mortuam, cuius mihi 1135
E ſſe ſacroſanctam memoriam meritò decet.
M e multa circunſpicere par.O fœmina
Q uæcunque tandem es , es profectò Alceſtidi
M odo,& ſtatura corporis ſimillima.
M e miſerum.ab oculis per Deos procul meis 1140
A page mulierem hanc,né ue perdas perditum.
N anque intueri coniugem uideor meam,
C um intueor iſtam.pectus horror obſidet,
F ontes ab oculis lachrymarum profluunt.
N unc calamitatis huius,heu miſer,miſer, 1145
A cerbitatem luctuoſam ſentio.
Chor. L audare ſortem non equidem poſſum tuam.
T amen ferendum,quiſquis es,quod dant Dei.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Her. S i mihi poteſtas eſſet hæc diuinitus
C onceſſa,ab umbris coniugem ut reducerem, 1150
E amq́ue poſſem tibi referre gratiam.
Ad. S cio referres promptus.at cuinam hoc datum?
N ec luce caſſis luce pòſt frui licet.
Her. P erfer modeſtè,néue te afflictes nimis.
Ad. L enire uerbis facile , quod durum eſt pati. 1155
Her. Q uid promouebis,perpetim ſi lugeas?
Ad. S cio. dolendi ſed uoluptas me huc rapit.
Her. E xtinctam amare lachrymandi occaſio eſt.
Ad. E tiam miſerius quàm loquor me perdidit.
Her. V xore es orbus optima.quis id neget? 1160
Ad. N ullo ut fruatur pectus hoc pòſt gaudio.
Her. T empus leuabit,quod recens nunc eſt malum.
Ad. T empus profectò,ſi mori tempus uocas.
Her. T e mitigabit uxor,ac tedæ nouæ.
Ad. A u,quid ais? ex te haud iſtud expectaueram. 1165
Her. E xpers iugalis exiges uitam tori?
Ad. N ulla accubabit mulier unquam huic pectori.
Her. P rodeſſe reris poſſe te ſic mortuæ?
Ad. V bi, ubi ſit,illam honore ſemper proſequar.
Her. H æc laudo ſanè,laudo.ſed ſtultè facis. 1170
Ad. S ponſum nec ulla me uocabit fœmina.
Her. Q uin coniugem erga laudo nimirum fidem.
Ad. S i negligam etiam mortuam,peream malè.
Her. N unc recipe tecto hanc ſtirpe nobili ſatam.
Ad. P er qui creauit te Iouem iſtud deprecor. 1175
Her. H oc ſi recusas,perperam tibi conſulis.
Ad. H oc ni recuſo,macerabor luctibus.

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Her. O bſequere,& huius non pigebit gratiæ.
Ad. V tinam haud tuliſſes præmium hoc certaminis.
Her. E t mecum es huius particeps uictoriæ. 1180
Ad. P robè es locutus, ſed recedat fœmina.
Her. S iquidem eſt neceſſe:at num neceſſe ſit,uide.
Ad. N eceſſe:niſi ob id fortè tu ſuccenſeas.
Her. Non temerè id à te tantoperè contenderem.
Ad. A ge,uince:quanuis grata minimè poſtules. 1185
Her. F actum probabis poſtea:pare modò.
Ad. S iquidem hanc ſubire tecta oportet,ducite.
Her. S eruis mulierem hanc neutiquam commiſero.
Ad. Q uin ipſe in ædes ducito illam ſi lubet.
Her. T ibi profectò mulierem tradam in manum. 1190
Ad. E go haud tetigero.tecta ſubeunti patent.
Her. T uæ ſtat uni dexteræ hanc concredere.
Ad. Coactus iſtud,atque nolens perpetro.
Her. P rotende promptus dexteram,tange hoſpitam.
Ad. P rotendo,ueluti Gorgonis ſectum ad caput. 1195
Her. Tenés ne? Ad. ſanè teneo. Herc. ſerua iam , & Ioue
N atum fatebere generoſum olim hoſpitem.
I pſam intuere,ſimilis uxori an tuæ
Sit,ac beatus luctuum iam deſine .
Ad O Dij boni.ô miraculum inopinum,ac nouum. 1200
O culis profectò coniugem intueor meam:
A ut me Deorum quiſpiam ludibrio
R ecreat,inani corda lactans gaudio.
Her. Non ita:ſed ipſam coniugem cernis tuam.
Ad. Ne larua ab umbris miſſa ſit, circunſpice. 1205
Her. Caue eſſe credas hoſpitem tuum Magum.

Adm

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Ad. S ed quam ſepelii,coniugem intueor meam ?
Her. S ic.At fidem tu,& iure ſorti non habes.
Ad. T ango,alloquórque coniugem ut uiuam meam?
Her. A lloquere.uotis quicquid optabas habes. 1210
Ad. O corpus,ocule ô coniugis chariſſimæ,
S pem præter habeo te, uidere poſtea
Q uā non putarā poſſe me ? Her .Ne dubita: habes.
M odò ne Deorum quiſpiam inuideat tibi.
Ad. O clara ſoboles maximi Iouis,utinam 1215
B eatus æuum tranſigas,ac ſoſpitem
T e ſeruet idem,qui creauit,Iuppiter.
N am me iacentem ſolus erexti. è Styge
Q uonam reduxti ad lumen hanc rurſus modo?
Her. D epræliatus cum tyranno Manium . 1220
Ad. V bi nactus illum prælio congreſſus es ?
Her. P ropter ſepulcri dexteram inieci aggerem .
Ad. Q uid muta tandem perſeuerat fœmina?
Her. N ondum tibi fas eius alloquio frui,
D iis antequàm ſeſe expiarit Manibus , 1225
T erríſque lucem tertia oſtendet dies.
D uc coniugem intrò iam tuam,ac in poſterum
A dmete,iuſti cultor,atque in hoſpites
P ius eſſe perſta. Vale.Ego Stheneli filio
A beo imperatum mihi laborem ut exequar . 1230
Ad. M ane,ac penates,& dapes adi ſacras .
Her. I d fiet aliàs . nunc celeritate eſt opus.
Ad. D ij rem ſecundent,téque reddant ſoſpitem.
E dico cunctis ciuibus regni mei,
O b res ſecundas ut choris indulgeant. 1235

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).

Et uictimarum ſanguine aras imbuant .
M utata uitæ in melius eſt facies modò.
F elicitatem nec tego ingratus meam.
Ch. F ortuna uices lubrica uerſat
V arias docilis ſumere formas. 1240
I nopina Dei plurima peragunt.
N on ſuccedunt quæ fore ſperas:
Q uæ fore nemo poſſe putaret,
S æpe expediunt numina.Qualem
H æc ſortita eſt fabula finem . 1245

F I N I S .

<G.i.*v*>

PRIN 2017 (2020-2024) - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage
CC BY NC ND 4.0 license. Transcription by Carla Suthren (University of Verona).